Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

sicut cinerem manducabat. Per
cussus sum ut fenum et arui
cor meum: quia oblitus sum co
medere panem meum. A voce
gemitus mei: adhesit os
meum carni mee. Similis
factus sum pelicano solitudi
nis: factus sum sicut nocti
corax in domicilio. Vigilauit
et factus sum sicut passer soli
tarius in tecto. Tota die exe
probrabant michi inimici mei
: et qui laudabant me adiura
bant me. Quia cinerem
tanquam panem manducabam
: et poculum meum cum fletu
miscebam. A facie ire indig
nationis tue: quia elevans
allisisti me. Dies mei sicut
umbra declinauerunt: et ego
sicut fenum arui. Tu autem
domine in eternum permanes: et me
moriale tuum in generatione
et generationem. Tu exurgens
misereris sion: quia tem
pus miserendi eius quia venit
tempus. Quoniam placuerunt
seruis tuis lapides eius: et
terre eius miserebuntur. Et ti
mebunt gentes nomen tuum
domine: et omnes reges terre gloriam
tuam. Quia edificauit dominus
sion: et videbitur in gloria sua. Et
respexit in orationem humi
lium: et non spernit precem eorum.
Scribantur hec in generatione
altera: et populus qui creabitur
laudabit dominum. Quia pro
spexit de excelso sancto suo:
dominus de celo in terram aspexit.
Vt audiret gemitus compe
dito: ut solueret filios mor
tis. Vt annuncient in
sion nomen domini: et laudem eius
in hierusalem. In conuenient populi
in unum: et reges ut seruiant
domino. Respondit ei in via
virtutis sue: paucitatem dierum
meorum nunciaui mihi. Ne reuo
ces me in dimidio dierum meo
rum in generatione et generatio
nem tua. Initio tu domine terram
fundasti: et opera manuum tua
rum sunt celi. Ipsi peribunt
tu autem permanes: et omnes
sicut vestimentum veterascent
. Et sicut operimentum mutabis
eos et mutabuntur: tu autem ide
ipsum es: et anni tui non deficient
. Filii seruorum tuorum
habitabunt: et semen eorum
in seculum dirigetur.